Quelle:
Copyright:

Alte Signatur: auf d. Einb.

Initium praefationis est: " Nuper cum tu
" hospes optabilis chuno ". Nempe in hujus
Cunonis Abbatis Ligebertensis, postea Episco-
pi Ratisbonensis gratiam praesens incho-
avit opus. Coeterum qui plura de hoc libro
scire cupit, adeat Histoire literaire
de la France T. XI. p. 540. n: 10, ubi pre-
clarus hujus operis exhibetur conspectus.

Folio primo codicis nostri leguntur se-
quentia: " Hic liber oblatus est venera-
bili monasterio Seytenstetensi per Vene-
rabilem et Egregium Doctorem licentia-
tum Dominum Johannem Hesse de Jan-
nach canonicum Ratisponensem quondam
rectorem novicionum et scolarium ibidem
in recompensam cujusdam formularii revera
minoris precy et utilitatis sibi ab eodem ac
comodati sed per eum perditi promittens si
unquam illum recuperare valebit nihilominus
restitueret Recomendans se devotis oratio-
nibus patrum ibidem Anno Domini 1440. die
18. mensis May."

Joannes Hesse de Jsenach

Hunc Joannem Hesse eundem esse suspi-
carer cum Joanne Jsenacensi, cujus acta
et facta Praesulum Nürenbergensium ab
ao 968 – 1493 extant in Chron: F. Paulini
Syntagm: vet: Script: pag: 175. nisi aetas
nimia obstaret. A Bernardo Mayer in Ca-
talogo Decanorum facultat. Juridicae
adnumeratur Decanis pag: 7. ad annum
1473.